THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.
Seite 159v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



omnia laquearia et pavi
menta gemmis et purpu
ris adornata. conspuit
in barbam regis. In quem
statim sui regis manus
iniecerunt. Rex autem non
sine ratione estimans
eum hoc fecisse. superbiam
servientium reprehendit. et quem
sivit cur hoc fecisset. Qui
respondit. Quod cortinas
pavimentum et vasa re
spiciens. non inveni locum
deteriorem quam barbam
regis. pinguedine ciborum
punctam. et ideo in illam
conspui. Cum ergo corpus
tuum spoliatum fuit orna
mento. dyabolus fervido et fe
tido sputo faciem tuam
conspuet in inferno.

Quod xenia legistas
mutos reddunt. lxxviii.

Legista quidam roga
tus a quodam milite
litterato ut sibi patroci
nium prestaret in causa
sua. ab adversario suo si
militer docto munus ac
cepit. ut omnino tateret.
Tandem cum ventum esset ad
diem. in qua debuit cau
sa ventilari. ligavit stup
pam sub mento. et rau
ce loquens. dixit se pati
squinantiam. ita quod in cau
sa ista advocare non pos
set. Sed is qui os eius per
munera obstruxit. ait.
Non squinantiam sed argen
team pateris. quoniam argen
tum vocem tuam obturavit.

Quod oculi quandoque homi
nem perdunt. lxxx.

Abbas quidam qui ocu
los amiserat. fratribus
suis dolentibus ait. Ne do
leatis de oculis amissis.
quia a quibusdam inimi
cis mortalissimis liberatus
sum. Item quidam condep
natus fuit ut oculos a
mitteret. sed supplicavit ut
eligeret sibi clavum cum quo
oculi sibi extraherentur.
Similiter quidam iudicatus
est ad suspendium. sed sup
plicavit ut sibi arborem
eligeret in qua suspenderetur.
Ductus autem per diversa ne
mora. nusquam vidit arbo
rem ubi vellet suspendi.
Omne ergo prohibitum. si
ve pulchra mulier sit. sive
res aliena. nichil aliud
est. quam clavus ad excecan